rubin quoq; et seraphim sanctus clamant

et omnis celicus ordo dicentes. Te dece. **G**loria

ria patri et filio et spiritui sancto. Et

ho. **a** Inter natos mulierum non surrexit maior

iohanne baptista. **p** Bonū ē dñi. evovae. **r** **F**store

fortes in bello et pugnate cum antiquo serpen

te et accipietis regnum eternum alleluia. *p*

Benedicā. evovae. *p* **I**sti sunt sancti qui p dei a

more inuas hominū contempserunt sancti

martyres in regib celoz exultant cū angelis

o quā preciosa est mors sanctorū qui assidu

e assistunt ante dominū et ab invicem non

sunt separati. *p* **V**s nē evovae. *p* **I**ster na

tos mulie rum non surrexit ma ior iohan

ne bap ti sta **Q**ui viam domi no spara

uit in here mo. **F**uit homo missus ad
o cui nomen iohannes e rat. **Q**uoniam **Q**ui
sunt isti qui ut nubes uolant Et qua
si columbe ad fenestras suas. **C**an
didiores niue nitidiores lacte rubicundiores
e bore antiquo. Et quare **L**auē
runt stolas suas et candidas eas fece
runt. **I**n san. **u**mmmmmmmmmm **g**uante ag. **u**ix. **I**
ti sunt qui uenerunt ex magna tribulati
one et lauerunt stolas suas. **I**n san. **S**uo

ria pa tri et filio et spiri tui sancto. **I**usan.
Sunt lumbi uestri precincti et lucerne arden
tes in manibz uestris et uos similes hominibz
expectantibz dominū suū quando reuertatur a
nuptiis. **F**ruitate i. evovae. **S**imi le est regni
celorum decem uirginibz que accipien tes lam
pades suas exierunt obviam sponso et sponse.
Fruct. evovae. **L**audem dicite deo nostro om
nes sancti eius et qui timetis deum pusilli et
magni quoniam regnauit dominus deus noster

omnipotens gaudeamus et exultemus et dem
gloriam ei. *v. iusti aff.* Quā dulca. evovae. **S**unt lum
bi uestri pre cincti et lucer ne ardentis
in manibz uestris Et uos similes homi
nibz expectanti bz do minum suū quā
do reuertatur a ntipci is. *v.*
Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus
uester identurus sit. Et uos. **A**udi ui uo
cem de ce lo uenien tem ue nite omnes uir
gues sapien tis. **O**leum recondite in ua

sis uestris dum sponsus aduenire rit. **¶** Media
nocte clamor factus est ecce sponsus uenit. **O**ie.
Goncede nobis do mipe quesumus **¶**
ueniam delictorum et interceden
te sanctis quorum ho die sollempnia cele bra
mus talem nobis tribue deuotio nem
ad eorum puenire merea mur so cie
tatem. **¶** aduenient nos eorum merita quos propria
impediunt scelera excuset intercessio accusat
quos actio et qui eis tribuisti celestis palma

triumphi nobis ueniam si deneges peccati.

ut ad. **Gloria** patri et filio et spiritui sancto

Vidi turbam magnam quam ^{Orate} ^{pro} ^{nobis} ^{omnes} ^{sci} ^{di.} ⁱⁿ ^{aud.} ^{co.} ut ad.

dimumerare nemo poterat ex omnibus gentibus

stantes ante thronum. **V**is re. evovae. **E**t omnes

angeli stabant in circuitu throni et ceciderunt

in conspectu eius in facies suas et adorauerunt

eum. evovae. **R**edemisti nos domine deus in

sanguine tuo ex omni tribu et lingua et popu

lo et natione et fecisti nos deo nostro regnum.

evovae. **B**enedicite dominū omnes electi eius
agite diem leticie et confitemini ei. evovae.
Vmnus omnibz sanctis eius filijs israhel po
pulo appinquanti sibi gloria hec est omnibz sanc
tis eius. evovae. **De** gloriosus apostolorz cho
rus te pphetaz laudabilis numerus te marty
rum candidatus laudat exercitus te omnes
electi uboce confitentur unanimes be ata trini
tas unus deus. **Salva**
tor mundi salva nos omnes sancta dei geni

quibus.
ad
Bi

ad vs. a. vidi tur.
p. hie de. p. laud p.
p. dedit p. hie
do. p. hie. p. hie
.iii. ad. h. a.

trix uirgo semp̄ **maxia** ora p̄ nobis p̄cibz quo

q̄ sanctorū apostolorū martirū et confessorū

atq; sanctorū uirginū suppliciter petimus ut

animas omnibz eruantur bonisq; omnibz nūc

et semp̄ per fru mereamur. **ca** Mag. evovae. **p̄**

ad ves
pas de
sanctorū

Placebo domino in regione uiuorū. **p̄** Dilexi.

evovae. **a** **J**esu me quia uicolatus meus plonga

tus est. **p̄** ad dñm. evovae. **a** **D**ominus custodit

te ab omni malo custodiat animā tuā dominus.

evovae. **a** **S**i iniquitates obseruaueris domine

Credo quod redemptor meus *Aperta inferi. Erue
dñe animas eoz.*

ui uit et in nouissimo di e de terra sur

recturus sum et in carne me a uide bo de

um **S**aluato rem me unum **Q**ue uisu

furus sum ego ipse et n̄ alius et oculi mei

con spectari sunt **S**aluax **Q**ui lazaru

resuscita sti a monumento fetidum **T**u es

do mi ne dona requi em et locum indul

gen. a e. **Q**ui uenturus es iudicare ui

uos et mortuos et secu lum per ig nem.

Tues. **D**omi ne quando ueneris iu
dica re terrā ubi me abscon dam auultu
re tue **Q**uia pec caui nimis inuita
me a. **C**onmissa mea pauesco et ante te
erubesco dum ueneris iudicare uoli me con
dempna re. **Q**uia. **I**n loco pascue ibi me col
locauit. **p** **D**ñs reg. evovae. **III** **R**elicta iuuentutis
mee et ignorātiā meā ne memineris domine.
Acte d. evovae. **I**redo uidere bona domini in
terra iuuentium. **p** **D**ñs illu. evovae. Memoria etia est iusti
Abanditione mala n̄ timeb.

Deu michi domine quia peccavi nimis
multa mea quid faciam mi ser u bi fugia
nisi ad te deus meus mise re me i dum
ueneris in nouissimo di e. **A**nima
mea turbata est ualde sed tu domine sus ci
re e i. **R**e re corde ris peccata me
a do mine dum ueneris iudica re
culum per ignem. **D**i rige domine deus
meus ut conspectu tuo uiam me am. **D**u ue
Domine secundu actum me uis noli

me iudi ca re nichil dignum in conspec
tu tu o e gi deo de pre cor maief
tatem tu am ut tu deus deleas nuqui
tatem me am. **A**mplius laua me do
mine ab iniusticia me a et a delicto meo inu
da me quia tibi so li pecca ui. **I**deo. **C**o
placeat tibi domine ut eripias me ad adiu
uandū me respice. **R**espice evovae. **L**aua
domine animā meā quia peccaui tibi. **B**eat
q̄ it. evovae. **I**ntuit anima mea ad deum inuisi

quando ueniam et apparebo ante faciē domi-

He tradas bestis animas confitentes tibi.

ni. *Et animas paupū tuorū ne obliuiscaris. Amen.*

Peccantem me cotidie et si me peniten-

tem timor mortis conturbat me Quia in in-

ferno nulla est redemptio miserere me i-

deus et salua me. **D**eus in nomine tuo

saluū me fac et in uirtute tua libera me.

Quia. **M**emento mei deus quia uen-

tus est uita me a seculis aspiciat me uisus

hominis. **E**t si reuertetur oculus meus ut

uideat bona. *sec. 2.* **L**ibera me domine
de morte eterna in die illa tremen da. **Qua**
do celi mo uendi sunt et terra dum ue
neris iudica re se culum per ig ne. *v.*
Dies illa dies ire calamitatis et miserie di
es magna et amara ualde. **Qu.** **T**remens
factus sum ego et timeo dum discussio uene
rit atq; uentura ira. **Uu ue.** **Q**uid ego mi
serimus quid dicam uel quid faciam dum
nil boni pferam ante tantu iudicem. **Qu.**

Nunc xpe te petimus miserere quesumus

qui uenisti redimere pditos noli dampnare

redemptos. *Da ue.* **C**reator omnium pprio san-

guine redemisti corpusq; meū licet modo pu-

rescat de sepulchro facies iudicij resusa-

tari exaudi exaudi me ut animā meā in sinu

abrahe patriarche tui iubeas


collocari. *Libera. a.* **E**xultabunt domino

ossa humiliata. *ps. miserere. evovae. a.* **E**xaudi do-

mine orationē meam ad te omnis caro ueni-

reū ds q; me de limo terre formasti et mirabiliter

rib; diligebat xpm regem et non formidabat
imperij principatum omartye dulcedo me
dicamentu et medice osanctissima anima
qua et si gladius psecutoris non abstulit ta
men palmam martyry non amisit evovae.
Beati marti
ad
q. r. martine opie qua pium est gaudere
de te outartine pphetis compar apostolis
consertus psulum gemina si de et meritis
egregle pietate misericordia caritate inetta
bilis succurre nobis nunc et ante deum. *ca.*



Mag. evovae. *adma* **A**dozemus xpm regem Qui
eter na sanctum martirium corbna ut glo
ria. *ju. a* **V**enite. **S**anctus martinys o bitum su
um longe ante preceit qui et discipulos inu
nu congregavit atq; sui dissoludone imminere
pdyit. **B**eat ur. evovae. **C**u repente in ri
bz corporis cepit desitui tunc me vor et luctus
omniu uox plangenciū unaq; precantiū ne
pastor oues deserat. **Q**uare fr. evovae. **I**ci
mus quide te pater desiderare xpm sed salua

sunt tibi premia tua nostri potius miserere

quos deseris pater. *p. Vne quid. evoyae. R.*

Martinus est martirius electus dei

propter quod fecit cum dominus post

apostolos tantam gratiam conferre

quod dignatus est ut in virtute trinitatis

dei fide mereretur fieri crucis mortu-

orum suscitator magnificus. *v. Hanc*

trinitatis fidem martinus confessus

est. *v. in u.* **D**ominum sacramenta offerret

beatus martinus **G**loby igne us apparuit
sup ca put e us. **V**um enim ad deum spes
emitteret et p uniuerso grege sibi commisso de
pre ca re tur. **G**loby. **B**eatus martinus
o bium su um longe ante pre sci uit dixit
qz fratri b; **D**issolutio nem suu corporis unni
nere. **Q**uia indicauit se iam re solui.
In b; corporis cepit repente delitium conuoca
tisqz discipulis in unum dix it. **D**issolu. **G**lo
ria. **Q**uia. **D**omine iam satis est quod huc ul

q̄ certavi & quo ad ipse iusseris militabo ac si
parris etati bonum est michi hos quibz tuteo
iple custodias. *p* Cū iuocae. *e*uovae. *a* **I**ustus fe
bre fatiscens spiritui seruire cogebat stratiq̄
suo illo nobili cilicio recumbans nec terrā uide
re iam dignatus celo totus inhy~~u~~abat. *p* **V**ba m.
*e*uovae. *a* **I**uite me inquit celū uidere ut spi
ritus dirigatur ad dominū nichil in me reperiet
inimici sed sinus abrahe me suscipiet. *p* **V**ne dō.
*e*uovae. *a* **D**ixerunt discipuli ad bea tum

marci uum cur uos pater deseris aut cui
uos desolatos re linguis Inuadent enim
gregem tuum lu pi ra pa ces. **I**ci uis qui
dem desiderare te xpm sed salua sunt tibi tua
pui a nostri potius miserere quos de se ris.
Iuia. **D**omine si adhuc populo tu o
sum necessarius non recuso sibi re ppter e
os la bo rem fiat uoluntas tu a. **I**as
est domine quod huc usq certam nec deficien
tem causabor etatem munia tua deuo tus im

plebo. fiat. & **O**culis ac manibus incessi
semp in cunctis inuictum ab oratione spiri
tuum non relaxabat. **N**obili illo stra
tu suo inuenire et alia o re cu baus. Inuict.
Gloria. Inuic. **M**edia nocte dominica sanctus
discessit cui celi ciues mox obuiant multi au
dierunt uoces insublime qui et uictio purior
lacte candidior carne quoque monstratus est ge
ma sacerdotu. **V**ne quis. evovae. **G**lorificati
hominis uiderunt gloria qui affuerunt nam

caro quā cuius semp obtexerat ita resplenduit
ut quoddam resurrectionis decus et extincta
pferret. **V**ne inuit. evovae. **A** Id est multitudo
monachoz ac uirginum hy speciali gloria p
pue flebant cum sentirent magis et se gau
dendum si rationē uis doloris admitteret. **V**ni
e. evovae. **O** beatum uirum in cuius
transi tu sapientoz carit nune rus an
geloz exultant cho ri **O**mniumq cele
sti um uirtutum occurrit psallencium

exumeri tuis. **E**ccelesia illius uirtute
roboratur sacerdotes dei reuelatione glorifi
cantur quem michael assumpsit cum ange

lis. **O**mnium. **Q**uante erat luctus omni
um quanta p̄cipu e merenci um lamenta
monacho rum **Q**uia p̄uim est gaudere marti
no et p̄uim est fle re mar ti num.

Beati uiri corpus ad locum sepulchri ym
nis canora celestibz turba p̄sequitur. **Q**uia.

Martinus abrahe si nu letus ex

capitulum martinus hic pauper et modicus se
cum dives ingreditur ymnus celesti be hono
ra tunc. **M**artinus episcopus migravit
a seculo vivit in christo gemina sacerdotum. *celu.*
fulaudis. **D**ixerunt discipuli ad beatum
martinum cur nos pater deseris aut cui nos
desolatos relinquis invadent enim grege tuum
lupi rapaces. *ps. vñs re. evovae. a.* **D**omine si ad
huc populo tuo sum necessarius non recuso labo
rem fiat voluntas tua. *evovae. a.* **D**ivinum in

effabilem nec labore uictum nec morte uincen-
dum qui nec mori timuit nec uiuere recusauit.
evovae. **I**culis ac manib; in celum semp inten-
tus in uictum ab oratione spiritum si relaxabat
alleluya alleluia. evovae. **M**artinus abrahe
sui letus excipitur martinus hic paup et mo-
dicus celum diues ingreditur ymnis celestib;
honoratur. evovae. **ad** **bu.** **Q**uanticus luctus omni-
um quanta scipue lamenta monachoz et
uirginu chori quia pium est gaudere mari

no et puum est fle re martinum. **B**nd. evovae.

Beatum uirū cuius anima paradysū possi

det unde exultant angeli letantur archangeli

chorus sanctorū p̄clamat turba uirginum inui

tat mane nobiscū in eternum. **M**ag. evovae.

Letare germania clare felix ger

mine uascentis elyzaeth ex regali semine. evo

vae. **B**enedictus sic dominus deus omnis

gratie qui coronauit ad portam paradysū ho

die pauperculam sed exortam re **B**ngum

*Doct. in iduca. iungit.
Rege. ofelloz. ad. vi.
i ad. di. ac. corudie. sic
infesto.
See. elyzaeth. ad.
vespas. sup. ps. d.*

et p[ro]p[ri]e. **V** Mulieres opulente audite
et facite secundu[m] hanc exdiuite factam uolun-
tarie. **P**au[er]e. **G**loria pa[tri] et filio et spiritui
sancto. **P**au[er]e. **G**laude ce[le]lum terra plaude dies
ad est pie na laude plena dies gloria qua e[st]
zabeth antiquum castitatis in micum e[st]
sic uictoria pia mater et matrona tuis sacris
precb[us] interuenire et p[ro]uocatis p[ro] nobis om-
nib[us]. **ad mat[er]e[m] in t[er]ra. **R**egi de o ubi laudes lau-
dum p[er] insignia exultemus uenerantes e[st] zabeth.**

sollempnia. *p* Venite. *a* **E**x ore lactenciu laude
 deo pficit infantes egentium du quasi uictrix
 reficit. *p* Vne do. evovae. *a* **I** calore caritatis
 cale facti paupes iuxta prunas nuditatis letan
 tur inmemores. *p* Celi est. evovae. *a* **I** nquinari
 manus sorde reputans delicias infirmoy mun
 do corde tractat immundicias. *p* Vm e. evovae.
M e paupertatis pa lea dum quasi
 granum germinat elyzabeth
 in sig. nis he ihs ab area fidei dister



minuat in **mem** ritis. et signis. **v** **I**ures surdis

referat claudis gressum reparat et cecis uices

sum. **Here** **I**sta regis si li a hec contemp

tibilia mundi non elegit sed se ipsa fortior se

seque sublimior se sibi sube **git. v**

Spiritum ieiunio carnem subalio iugiter casti

gans. **Sese. v.** **O**mirandam mulie

ris huius fortitu **dine** qua in se uita ueteris

sic occidit hominem et potestates aeris uenit

informi **dinem. v.** **H**oc pugnatu ita

dio mente utrum induit se mur cingens
gladio. Et po. **G**loria patri et filio et spiritui
sancto. Ver. ^{2a} **A**biit regis filie omnis decor
glorie nichil foris appetit laudis et honoris.
Cruce. evovae. **A**mnium te fugio forti ter
adheret dum viri solatio vidua careret. **D**s nr.
evovae. **H**abens celo fundamentum aurum
sup et argentum prudenter edificat dum paupe
res letificat. **F**undamenta. evovae. **A**sperna
ta se culum generosi sanguinis parum pendit

cytulum apprehendes e nim su sum manu

consilio uictus que rit u sum. *v.* Inga

rophilatum uidua cu uidua totu mittens

pre diu. *v.* **O** gens egenis largiens

sibi nul re timuit celeste regnu ambiens hic

ptens omne res puit. *v.* Fide grandis spe

secura manu mittit ad su tu ra. Celeste. *v.*

Ce co na to cui nec se des e

rant oculoy instrumenta lu cis de

dit et nature de cis redit per momen

ta tem **p** rum. **v** **l**ouum hoc spec
taculum idem isti uetus xpi renouat mira
culum. **Et na.** **G**loria patri et filio et spiritui
sancto. **Per mo.** **a** **D**eo decaytent omnia qui
uitam reddidit mortuis elyzabeth suffragijs et
fugat demonia. **p** **C**antate. **evovae.** **a** **I**uste lux
orta gratie late spargens radium rectis corde
studium ingerit leticie. **p** **D**ns re. **et.** **evovae.** **a** **D**e
us palam omnibus reuelans iusticiam salutare
gentibus per hanc infudit gratiam. **p** **C**antate.

evovae. &

Famulis se famulam se cit

hec beata coquine squalo ribz gaudens de

turpa ta et cor gerens in defessum debiles de

bi lior portat ad se cessum. & Sic sedula pau

per cula lauit istos. illis stravit. Et cor ge. &

Aman in patibulo cum hester appendit

holoferus dexteram in caput extendit et suu

pe ri culo populum de fendit. & La

num mittens adfortia sic vincit innocentia.

Et suu. &

O lampas ec clesie ri

uos filii dens olei medicina gratie nutri-
mentum fidei in tunc iam presta paucis
calorem minus feruidis languidis me-

de iam. **S**icuti dei saturitas oliua fructifera di-
uis lucet puritas et resplendent ope ra. Tu-

te. **G**loria patri et filio et spiritui sanc-
to. *Inlatu
duo.
a.*

Dominus elizabeth induit decore tupe-
cuius nunc parata est sedes in honore evovae.

Adeo cum leticia seruens puella submagistri ma-
nibus sustinet flagella. evovae. **H**ec ad deum

ficiens et currens insitit carnis desiderijs di
 dicit veni. evovae. **XIII** **H**omo rebz dum ablatis
 mendicat hospiciū in camino paupertatis be
 nedicit dominū. evovae. **XIII** **I**ntantis virtutibz
 famule fidelis laudet omnis spiritus do
 minū de celis. evovae. **ad m.** **XIII** **C**orū salutis hodie
 inturbz ecclesie dominus **XIII** **E**rexit quo
 de manu philistei castra p̄terit si dei ac in
 nam gracie pacis et iusticie plurimos di
 rexit. evovae. **ad m.** **XIII** **B**eata sponsa xp̄isti

Audi filia et vide et inclina
 aure tuā. Quia cōspicit.

elyzabeth que meruit tu aperire regem ange
loy suscitatrix mortuorum fieri quam plurimum
felix tui depresso superbis fit respicio et ro
bur humilium tu superbis mater pia roga re
gem omnium ut post hoc exilium no
bis det uera gaudia. *Mag. evovae.* *scē cecilie*
uirg
inis
ad
Ma. **U**irgo
gloriosa semper per ewangelium exputi gere
bat in pectore suo et si diebus neque noctibus
a colloquijs diuinis et oratione cessabat. *ca.*
Mag. evovae. *Ma.* **C**ecilia uirgo almachium ex

uperabat tyburcium et ualerianu ad coro

nas uocabat. *p* *U*n̄e d̄o. *e*uouae. *a* *E*xpansis ma

nibz orabat ad dominu ut eam eriperet de

municiis. *p* *C*eli est. *e*uouae. *a* *I*ulicio cecilia men

bra domabat. deum gemitibz exorabat. *U*n̄e

antantibz orga nis & *e*uouae.

cecilia uir go in cor de

su o soli domino decanta bat di cens

fiat do mine cor me um et cor pus me u

immaculatum ut u con fundar. *v* *I*udua



nis ac triduanis ieiunijs orans sua do-
mipio pudicitiam comen dabat di ceus.
fiat. **O** beata cecilia que duos
fratres conuer tisti Alma chiū iudicem su-
pera sti Urbanū episcopum inuultu au-
gelico de mon strasti. **B**eata es uirgo et glo-
riosa et benedictus sermo oris tu i. Vr-
ba. **V**irgo gloriosa semp ewangelium
xpi sti gerebat in pecto re Et ū die by-
ne q̄ noctibus uaca bat ꝛ colloquys diui

nis et orati o ne. **I**licio cecilia
membra domabat deum gemitibus exora
bat. Et si. bla. acol. a. **D**omine ihu xpe seminator
casti consilij suscipe seminum fructus quos in
cecilia seminasti. **F**ruct. evovae. **B**eata cecili
a dixit ad tyburcium hodie te fateor meum esse
cognatum quia amor dei te fecit esse contemp
tore ydolorum. **V**s nr. evovae. **F**iat domine cor
meum et corpus meum immaculatum ut si confun
dar. **F**undamenta. evovae. **C**ilicio cecilia

membra do ma bat deum gemitibus ex o
ra bat filmachium exupera bat tyburrium
et ualerianum ad coro nas uo ca bat. v
Non diebus neq; noctibus uacabat a colloqui
is diuinis et o ratio ne. Alma. & **C**ecilia
me misit ad uos ut ostendatis michi
sanctum ur banum Quia ad ipsum habeo
secreta que pte ram. v **C**umq; p
signo acceperitis benedictione e uis ducite
me ad sanctum antistitem. Quia. & c. **A**eci

liam intra cubiculum orantem inuenit et
iuxta eam stantem angelum domini Quem
uidens ualerianus summo terrore correptus
ait. **I**n gelus domini descendit de celo
et lumen refulsit refulsit in habitaculo.
Que. bla. summo. a. a. **C**redimus xpm filium dei
uerum deum esse qui sibi talem elegit famu-
lam. **p.** **C**antate. **evovae. a.** **N**os scientes sanctum
nomen omnino negare non possumus. **p.** **D**ns re-
ex. **evovae. a.** **I**nunc ualerianus prexit ad an-

nstititum et signo quod acceperat inuenit sauc
tum urbanum. Cantate. i. euoae. **D**omi
ne ihu xpe pastor bone seminator cal
ti con fili i suscipe seminum fructus
quos in ecclesia se in uia tibi Cecilia famula
tu a quasi apis tibi argumento sa. de
seruit. **I**am sponsam que quasi leonem fe
rocem accepit ad te quasi agnum mansuerit
mum destina uit. Cecilia. **B**ea ta ce
cilia dixit ty burci o hodie te fa te

or me um esse cognatum Quia amor dei
te se at et se contemptorem ydo
lorum. **S**icut enim amor dei michi
fratrem tuum coniugem se at ita te michi cog
na tuum faci et. **Q**uia **D**um autem
ra si nem da ret cecilia die it. **E**y
a milites xpi isti abste opera tenebra rum et
indui mini armis lu cis. **C**eci lia
ualedicens fratribz et exhortans eos a
ita. **G**ya. **G**la. **G** et indui. **C**antantibz orga

nis cecilia domino decantabat dicens fiat cor
meum immaculatum ut si confundar. **p** **Dis** re.
evovae. **a** **E**st secretum ualeriane quod tibi
uolo dicere angelū dei habeo amatorem qui
custodit nimio zelo corpus meū. evovae. **a** **V**alerianus
incubiculo ceciliā cū angelo orantem inuenit.
evovae. **a** **B**enedico te pater domini mei ihu
xpi quia p̄ filium tuū ignis extinctus est a la
tere meo. evovae. **a** **C**ecilia famula tua domi
ne quasi apis tibi argumentosa deseruit. evo

*ad
Bn.* **V**um auroza finem daret cecilia exclama

uit dicebis eya milites xpi abicite opera teuebia

rulu et ihiduumini armis lucis. *ca* **B**ud. evovae. *ca. a.*

*sa de
mentis
ad*

Dedisti domine habitaculu martiri tuo

clementi inuati inmodu templi marmo rei ange

licis manubz sparatum iter prebens populo terre

ut enarrent mirabilia tua. *ca* **M**ag. evovae. *ca. a.*

*me
no
defra.
cecu.
a. a.*

anas a domino poposti inducias ut domu mea do

mino ecclesiam consecrarem. *ca.* **O**temus

omnes ad dominum ihu xpistum dicit

beatuſ clemens ut confessorib; ſiſ fon
tis uenas ape ri at **Ut** de beneficijs e ſuis
gratu le iur. **Qui** percussit in deserto syua
petra et fluxerunt aque in habundanti am ipse
nobis laticem effluentem imperia tur. **Ut** debe.
Gla. **Ut** debe. **O** rante sancto clemente
apparuit ei ag nus de i desub cuius pe de
fons uiuus e ma nat fluminis imperius lei
ficat cunq; tem de i. **C**umq; orati
onem compleſſet et hinc inde circumſpiceret

uidit supra montē agnum stau ten. *De sub.*

Gloria. Finis. **D**edisti domine habitacu-

lum martyri tuo clementi in mari inno-

dum templi marino re i angelicis manibz

sparta cum iter prebens populo terre vt

enarrent mirabilia tua. *a. b.* **H**oc domi-

ne ad laudem et gloria nominis tui fieri

uoluit ti. *vt enar. bla. vt enar. a.* **O**rauce

santo clemente apparuit ei agnus dei. *p. Dñs re.*

evocae. a. Non meis meritis aduos me misit do-

minus uestris coronis participem fieri. evovae.
Vidi supra montem agnū stantem de sub cuius
 pede fons uivus emanat. evovae. **E** sub cu
 ius pede fons uivus emanat fluminis impe
 tus letificat civitatē dei. evovae. **O**mnes gen
 tes p̄ ḡyrū crediderunt xp̄o domino. evovae.
Tremis omnes ad dominū ih̄m xp̄m ut con
 fessorib; suis fontis uenas aperiat. **V**nd. evo
 vae. **I**uenerunt in modū templi marmorei
 habitaculum a deo paratū. **M**ag. evovae.

ad vii

a

ad vii

See ka
therne
aduegts
sup p a.



irginis eximie katherine mar

tyris aliue festa celebrare da no

Virgo flagellat.

bis rex pie xplite. evovae. *ad m.* **V**ictlyta sancte vir

ginis katherine sollempnia suscipiat alacriter

pia mater ecclesia aue virgo deo digna aue

dulcis et benigna obtine nobis gaudia que pos

sides cum gloria. *ad ma* **M**ag. evovae. *in uita* **A**doxetur vir

ginum rex in seculoy secula **V**ir ginu qui

katherine contulit celestia. *p.* **V**enite. **N**o

bilis et pulchra prudens katherina pu ella

Flagrat amo re de i Spernit uaga gaudia
indidi. Cui rex carne pa
ter fuerat regnaq; mater. Flagrat. Gloria pa
tri et filio et spiritui sancto. Spiritus. Vir
go flagellatur crucianda fame religatur car
cere clausa manet lux cœlica fusa resulget fla
grat odor dulces Cantant cœli agmina
laudes. Spon sus a mat. spon
sam saluator uisitac il lam. Per
cussa gla dio dat lac p sanguine collo

Quā manus angelica Sepe hinc uertit

ce sy na. v. **EX** em bus

uirguleis olei fluit unda salutis. Quā.

Gloria patri et filio et spiritui sac

to. *Julian*
o. v. **P**assionem gloriose uirginis

katherine deuote plebs celebret fidelis que

sui memores deo comendat meritis et ui

uat beneficijs. *p. v. n. s. re. evovae. a.* **EX** oit plu

rimum supplicia martyr alma ad decollandū

est ducta ad celum tendens oculos collum

submitit gladio orans dat gloriam deo.
evovae. **E**xpecto pte gladium ihu rex bo
ne tu meū colloca in paradysō spiritū et fac
misericordiā meā a gentibz memoriā. evo
vae. **V**ox de celis insonuit veni electa me
a veni in tra thalamū sponsi tui que postu
las impetrasti qui te laudant salvi fiant.
evovae. **Q**uia devotis laudibz tui memori
am virgo recolimus o beata katherina
o ra p nobis que sumus. evovae. **P**ru

deus et uigilans uirgo qualis es cum spon

so uirgo qui te e legit de mundo quia pulchra

es quia mirabilis quanta luce spectabilis

inter syon ueneculas et iheru salein fi

llas thalamo gaudens re gio conuincta

dei filio. **ca** Bud. evovae. **a** ue uirgi nu

gem ma kacheri na a ue sponsa re

gis re gum glorio sa a ue uua xpi

ho stia tua uenerantib; patrocinia impetra

ta non deneges suffragia. **ca** Mag. evovae.

Aue uirgo speciosa clarior syderibus cuius
uultu ac decorem concipiuur dominus funde
preces creatori pro tuis supplicibus. *evovae. x.*

Surge uirgo et nostras sponso preces
a pe ti tu a uox est dulcis in aure domini
que pausas subymbria dilecti *Abestiu mundi*
traufer nos ad amena para *dyli*

Mulchre syon si lia pmoxtali tunica ag tu
tecta uellere et corona glorie. *Abestiu. Gloria*
patri et fili o et spiritui sancto. *Ab. a. Joce*

cordis et oris in laudem summi redemptoris
consurgat, omnis fidelis cuius mediante gra
tia martyr et uirgo katherina facto clamore
hora matutina exiit ob uiam xpi isto spon
so qui sedes sup cherubin cuncta uidet in ab
scuso ferens scutum rose et lylii cum trium
pho martyris euasi minas tortorum obeata
uirgo ora uigilet precibus supplicium christi
evocae. *In. a.* Virgo regalis fidei merito specialis
ut iubar intenebris mundo katherina refid

fit. *p* **D**ñe dō. evovae. *a* **H**ec dominū celi complectēs
mente fidei respiciens errorem mundi labentis
amozē. *p* **C**eli est. evovae. *a* **M**embra redemptionis
fidei marencius hostis undiq; cedebat gladius
percuncta furebat. *p* **D**ñe ē. evovae. *a* **S**ancta
uirgo katherina costi regis filia summo
patre deo digna mundi spere *uit*
gaudi a. *a* **T**am diuinis quā humanis erudita
studijs. *a* **D**ogit ce far xpi ser uos li
bare demonib; sed tyranu uirgo uul sa uoce

dampnat libera. **V**enit hostis in
nocentes pertinens atrociter. **S**^{in primo furellatu}**U**irgo
prudens et electa dei sapientia o ratoy
argumenta uicit ac uersucias. **A**b
angelis confortata pleita de i gratia. **O**ra. **G**loria
patri et filio et spiritui sancto. **O**ra. **C**esaris
indepide studiis pelara sophie arguit erroze
male sanu uirgo furozem. **C**rucis exouae. **A**
Non cedens mouitis mactatur uerbere mitis
carere dampnat nec uirgo sic superatur. **Vs**

ut evovae. **a** Cesar ut inuictam penitus ui
dit katherina ut leo crudelis iubet hanc discer
pere penis. **p** fund. evovae. **&** **S**ponsa xpi
ti gloriosa gaudet inter uerba **n**ulla mo
uent hanc pmissa nec terrent
supplicia. **v** **C**aritate uulnerata tendit ad cele
stia. **n**ulla **&** **X**pistus sanctam tenebro so
reclusam er **g**astulo **q**uo satis atq; blan
do confortat al **l**o quo. **v** **S**aque uirgo
benedicta qua xpusti pre sentia. **q**uo. **&**

Mater nos tra ter sancta qua
terq; beata cum prece deuota famulantū
suscipe uota. **J**am exulto iuncta sponsoq;
tuo sociata. **C**ū p̄. **G**loria patri
et filio et spiritui sanc to. **C**ū p̄. **E**terne uir
go memorie quā sibi despondit rex glorie.
Virginis ples eximie sponsusq; uirginis eccle
sie. **T**u gaudes hodie de dono gratie. **E**t can
tas pprie carmen leticie. **D**e laudantes de
celo respice. **A**q; uirā suscipe uota. **M**achi

na penalis nutu dispecta tonantis marty
re si lesa dedit orcho milia celsa. *p* Cantate.
evovae. *a* **M**artyr, ut oravit gladium subit
ethera scantur sponfus honorq; datur cu
xpusto delictatur. *p* **D**us re. ex evovae. *a* **V**irginie
exoleo quod manat corpore sacro certa me
dela datur morbi genus omne fugat. *p* Can
tate. *x* **C**orpus uirgini xpusti uenera
bile templu mon te syua ange lico con
ditur obsequio. *v* **P**urus in

ethera cum sancti spiritus aula. *Amo*

O
omni

xpisti pietas o uirtus atq; potestas

uirginis ex membris sacri fluit unda liquo-

ris **V**nde fides egris infundit dona

salu tis. **V**irginis obmeri-

tium manet hoc memorabile signu. **V**nde.

Gloria patri et filio et spiritui sancto. **V**nde.

Chrispe uirginu gloria. **S**ponsus palma et uic-

toria. **T**e uirgo beata cernit hodie katheri-

na in patris dextera. **O**btinens ut sponsa tua

gaudia eius presta nobis p̄merita dona sa

Estote fortes in bello Incomuni unius
uel plurimorum aploz
extra tempus pascha
ie. ad uesp̄as sup̄ ps̄ a lu tis.

in bello et pugnate cū antiquo serpente et acci

pie us regnū eternū tp̄
pascha
ie. alleluia. extra
tempus
pascha
ie. dicit dominus.

et vos
estis. et nom
ne trān̄ est
ut son̄ eoz.
et fines orbe.
ad mag. a **B**eati eritis cū uos oderint ho

mines et cū separauerint uos et exprobrauerint

et elegerint nomen uestrum tanquā malū p̄pter

filium hominis gaudete et exultate ecce enim

merces uestra multa est in celo. ca. mag. evovae.

In
m
ta
non
ii. **G**audete et exultate **Q**uia no mina

uestra scripta sunt in celis. *p* Venite. *a* In nom

inem terram exiit sonus eorum et in fines orbis

terre uerba eorum. *p* Celi eni. evovae. *p* Clamaue

ruunt iusti et dominus exaudiuit eos. *p* Benedicā.

evovae. *a* Constituit eos principes sup omnē

terrā memores erunt nominis tui domine.

p Exultavit. evovae. In nomine
terra exiit
sonus
eorum in fi
nes.

Ece ego mitto uos sicut

o ues in medio lupo

rum dicit dominus. *a* Estote ergo pri



dentes sicut serpentes et simplices si-
cut co- lumbe. **¶** Gradent enim uos
in concilijs et in synagogis suis flagel-
la- bunt uos. **¶** **C**ollite uigilum me-
um super uos dicit dominus uis et dis-
cite quia mitis sum et humilis corde
Iugum enim meum suauis est
et onus meum leue. **¶** Et inuenie-
tis requiem animabus uestris. **I**ugum
Quoniam steteritis ante reges et pre- si-

des nolite cogita re quomodo aut quid
loquamini dabitur enim uobis in illa ho
ra quid loquamini. **N**on est enim uos
estis qui loquimini sed spiritus patris uestri qui
loquitur in uobis. **D**abitur gloria. **D**abitur. **G**loria. **D**abitur. **a**
Princes populorum congregati sunt cum deo
abraham. **Q**uoniam ergo ex uocauit. **D**editi heredita
te timentibus nomen tuum domine. **E**xaudi deus de
uocauit. **A**nnunciauerunt opera dei et facta eius
intellegerunt. **E**xaudi deus o. ex uocauit. **Q**
constituit eos principes sr.

di conuinctos in ros habentes splendidas
uelles et angelus domini locutus
est ad me dicens Isti sunt uiri sancti facti
amici de i. **I**sti angelum dei uo-
lantem per medium caeli uoce magna clamante
et dicentem. **I**sti sunt triumphato-
res et amici dei qui contempnentes
uilla principum meruerunt premia eter-
na. **N**odo coronantur et accipiunt
palmam. **I**sti sunt qui uenerunt ex magna

tribulatione et lauerunt stolas suas in san

guine ag. m. *g. b. d. o. &*

Sos estis lux mundi dicit

dominus **Q**ui impacien

cia uestra possidebitis animas

uestras. **E**t ego dispono uobis sicut dispo

suit michi pater meus regni ut edatis et biba

tis sup mensam meam in regno meo. **Qui.** **G**lo

ria patri et filio et spiri **tu** sancto. **P**ossi. **P**ec

catorum confringam cornua et exaltabunt cornua

iusti. *p.* Confitebuntur. *evovae. a.* **H**ic orta est iusto
 et rectis corde leticia. *p.* **D**ñs re. *ex. evovae. a.* **C**ulto
 diebant testimonia eius et pcepta eius que de
 dit illis. *p.* **D**ñs re. *ira. evovae. a.* **I**sti sunt
 viri sancti quos elegit dominus in carita te
 non ficta et dedit illis gloriam sempiternam
 Quoy doctrina fulget ecclesia ut sol et
 luna. *v.* **N**oninem terram exiit sonus eoy
 et iufines orbis tre uer ba eo *cu. &*
 in sunt il li qui ut *&* **Q**uoy.

*v. sicut
 honorati sunt
 amici m.
 sicut dicit
 sapientia
 eoy.*



u ues uo laut Et qua si co lumbe

ad fenestras su as. **C**andidiores niue

nidiores lacte rubicundiores e bore antiquilo. **R**



regem tuum pastor Et qua

eter ne nou de seras

sed p tea tos a postolos tuos ppetua de

fensio ne culpa dias. **P**ro

tege domine po pulum tu um et apostolor

tuoz patrocinio confidentem. **P**pe. **G**loria pa

tri et filio et spiritu saucto. **P**pe. **H**oc

*Spediti
hedrate
nimeni
by nom
tuis die
Inland. x.*

et pceptum meū ut diligatis inuicem sicut
dilexi uos. *p* **D**ūs re. evovae. *a* **M**aiorem ca
ritatē nemo habet ut animā suā ponat quis
pamicis suis. evovae. *a* **V**os amici mei estis
si feceritis que precipio uobis dicit dominus.
evovae. *a* **B**eatū pacificū beatū mundo corde
quoniā ipsi deum uidebunt. evovae. *a* **I**n paci
encia uestra possidebitis animas uestras. evo
vae. *a* **V**os qui secuti estis me sedebitis sup
sedes iudicantes duodecim tribz israhel dicit

p Annuntiauerit
opa illi.
et facta
ei intel
lexerit.
ad dñm a

ya. *v.* Memores erunt nominis tui domine.

a. Minus honorati sunt amici tui deus alleluia

alleluia. *v.* Minus confortatus est principatus

ad vs. a. hoc e.
p. vñe dñ. *p.* laud p. *p.* credi
di. *p.* iudicando. *p.* vñe p.
v. bati. *v.* nomine trau
erunt tonus eoz. *ad vs. a.* In regeneratione cū sederit fi

lius hominis in sede maiestatis sue sedebitis

et uos iudicantes duodecim tribz israhel dicit



domini. *ca.* Mag. evovae. *ad vs. a.*

ecce ego iohannes uidi

ostium apertum in celo et

ecce sedes posita erat in eo et in medio sedis et


in circuitu eius quatuor animalia plena oculis
lis ante et retro et dabant gloriam et honorem
et benedictionem sedenti super thronum iuuenti in se-
cula seculorum. *ca.* Mag. evovae. *ca.* Regem evangelis-
taz domini *ad. m.* *ca.* Venite adoremus. *p.* Veni-
te. *a.* In medio et in circuitu sedis dei quatuor a-
nimalia senas alas habentia oculis undiq;
plena non cessant nocte ac die dicere sanc-
tus sanctus sanctus dominus deus omnipo-
tens qui erat et qui est et qui venturus

est. *ca. Vind. evovae. ad. a.* **V**ua sunt hec xpite o pe
ra qui sanctos tuos i ta glorificas ut etiam
dignitatis gratia in eis figure prei re miracu
la facias tu insignes ewangely predicatores
animaliu celestium admirabili figura p signa
ti his namq celeste munus collatum gloriosis
iudicijs es dignatus ostendere hinc laus hinc
glo ria tibi resonet in secula. *ca. Mag. evovae.*

*Incomum munus mrs
ad vesperas. v.
bia honore coronasti
est dñe. rñstruisti est sup
opa manuu maz. ad h. a.*

Hic est uere martyr qui p xpi
nominis sanguine suu fudit qui minas iudi

cum n̄ timuit terrene dignitatis gloriā que
fuit sed ad celestia regna feliciter puenit. *ca.*
ad *mar.* *juu.* **M**ag. evovae. **R**egem sempiternū venite
adoremus **Q**ui martyrem suū digne pueri
tis coronavit in celis. *in.* *h.* *a.* **V**enite. **I**n lege do
mini fuit voluntas eius die ac nocte. **B**e
atus vir. evovae. *a.* **P**redicans pceptū domini
constitutus est in monte sancto eius. *p.* **Q**ua
re *re.* *evovae.* *a.* **V**oce mea ad dominū clama
vi et exaudiuit monte scō suo. *me de* **V**ñe q. evovae.



Iste sanctus p[ro]p[ri]e dei filii **R.**

certavit usq[ue] ad mortem et a uerbis impio-

rum non timuit fundatus e[st] nimis

e[st] factus supra firmam petram. **M**

mine regio sep[er]tus uictoratus est ab

aduersarijs superatus. **P**osuit

in domum mine super caput eius co-

co[n]nam de lapide pre[di]cato[rum] uita[m]

peccatis a se et tribuit in eis. **I**use cu-

lū se[rum] cu[m] li[bris]. **M**agna est gloria eius

R. In hono-
re coronati
est d[omi]n[us]
struisti est
sup[er] opa ma.

in salutari tuo gloriam et magnam decorem
impones super eum. *Insecu.* **G**loria et
honor corona sit ei dominus et
constitui sit ei super opera ma-
gnam tuam. **O**mnia subiecta sub
pedibus eius. **Q**uoniam elevata
est magnificentia tua super celos deus.
Omnia. **G**loria. **O**mnia. *ff. a.* **F**ilius hominum scito te quia
dominus sanctum suum mirificavit. *p.* **C**um in uero. *evolve.*
Scito bone uoluntatis tue coronasti eum domini

ne. *p* Verba in. evovae. *a* In universa terra gloria
& honore coronasti eum. *p* Dñe dō. evovae. **B**e
atus vir qui suffert temptati o
nem quia cum p̄ba tus fue rit acci
piet coro nam uite **Q**uā respicit de us
diligen tibi se. *v* **H**ic acci piet benedictio
ne a domino et mise ricor di am. **Q**uā.
Domine p̄venisti eum in benedicti
o nibz dul cedi us **P**osisti in capite
e us **C**oronā de lapi de p̄ci o so,

Vitam petijt a te et tribuisti e
domi ne. **Coro.** **H**ic est uere martyr
qui p[ro]xi nomine sanguine suum fu
dit **Q**ui minas iudicium non timuit nec
terrene dignitatis glori am quasi uic Sed
ad cele stia reg na per ue nit. **I**ustum
deduxit dominus p[ro]mas rectas et ostendit
illi regnum de i. **Qui mi. Gloria. Sed ad.**
Iustus dominus et iusticias dilexit equita
tem iudic uultus eius. **I**udicio d[omi]ni. evovae.

Abitabit in tabernaculo tuo requiescet in
monte sancto tuo. **V**ñe qs. evovae. **P**osuiti do
mine sup caput eius coronã de lapide precio
so. **V**ñe in virtutibus evovae. **S**icut
cuncta virtutes induit eum dominus
Et corona pulchritudinis posuit
sup caput eius. **L**iba vitæ illum
dominus panis vitæ et intellectus et aqua
sapientie salutaris potavit eum. **C**oro. **C**
Corona aurea sup caput eius

expressa signo sanctitatis gloria hono
ris Et opus forti tidi uis. **Q**uoniam pre
uenisti eum in benedictionibus dulcedi uis po
sisti in capite eius coronam de lapide pre
cio so. Et opus **G**loriosus de i a
mi cus **I**hu do mine confes
sione fiducia uis in ter tormentoꝝ supplic
a te ac imperturbatis ac demum triumph
u mor te insignis Celos peti uit lau
guine laure a uis. **F**elici coner

cio pterrens celestia p periculis eterna con
 mi tans. ac dem. *Gia. Celos.* *lx. a.* *Oratio nobis*
teate *M. V. C.* *fulandi* **Q**ui me
 confellus fuerit corā hominib; confitebor et
 ego eum coram patre meo. *vs re. evovae. a.*
Qui sequitur me si ambulat in tenebris sed
 habebit lumē uite dicit dominū. *evovae. a.* **I**stos
 michi ministraverit honorificabit eū pater me
 us qui est in celis dicit dominū. *evovae. a.* **Q**ui mi
 chi ministrat me sequatur et ubi ego illic erit
 et minister meus. *evovae. a.* **V**olo pater ut u

bi ego sū illic sit et minister meus. evovae.

v Corona aurea sup cap ei. et sūta sūquo sciatū. ad. vii. a

Qui vult venire post me abneget semet

ipm et tollat cruce sua et sequatur me. ca. vii. d.

evovae. *a* **G**loria et honore coronasti eū dñe

v potuit dñe fr cap ei. coro na de. ad. vi. a

Et constituisti eū sup opa manū tuar. *a* **P**o

tuisti domine sup caput ei. *v* **C**oronā de lapide

v magna ē gla ei in salu tari tuo. ad. vi. a

Magna est gloria ei in salutarī tuo.

v corona aurea sup caput ei. et sūta sūquo.

Gloriā et magnū decore impones sup eū. ad. vii. d.

Gloria et honore coronasti eū domine allelu

ya alleluya. *v* **E**t constituisti eū sup opa ma

ad vi. **P**osuiti domine sup caput eius.

alleluya alleluia. *ad ii.* **C**orona de lapide precioso.

Magna est gloria eius in salutari tuo alleluia

alleluya. **G**loria et magnu decore impones sup

Qui me est. p. d. d. s. u. p. laud. p. Cre di. p. f. u. r. e. n. d. o. v. b. l. a. i. h. o. n. o. r. e. c. o. r. o. n. a. s. t. i. e. s. t. a. d. m. a. g. a. **I**te est qui p lege dei sui morti se

tradidit n dubitavit mori ab iniquis interfec tus est et in eternu vivit cu xpo agnu secutus e

et accepit palma. *in coe plurimoz m. m. adu. s. v. s. e. r. a. m. i. n. d. i. o. r. e. x. i. s. t. a. t. e. u. l. t. i. i. g. l. a. m. i. n. o. i. s. r. e. c. t. i. c. o. r. d. e. a. d. m. a. g. a.* **M**ag. evovae.

Gaudent in celis anime sanctorum qui xpi uestigia sunt secuti et quia peris amore sang

ne suū fuderunt ideo cū xp̄o regnabunt in eter
 nū. *ca* **M**ag. evovae. *ad ma
a fu
mutato
rum.* **V**enite ad oremus regē
 regum **Q**ui beatis martyribz coronā dedit glo
 rie. *mi.
a.* **V**enite. *a.* **T**ecus decursus aquaz plantavit
 vineam iustoz s; in lege domini fuit voluntas e
 oz. *ps* **S** ut. evovae. *a.* **T**anquā aurū in fornace
 plantavit electos dominus et quasi holocausta ac
 cepit eos. in eternū. *ps* **Q**uare sic. evovae. *a.* **S**i corā
 hominibz tormenta passi sunt spes electoz est
 immortalis in eternum. *ps* **J**udicio est. evovae. *a.*

*vera
m
idno
reid.*

Absorbet deus omnem lacrimam
ab oculis sancto tibi et iam si erit
amplius neque luctus neque clamor sed
nec ullus dolor Quoniam priora transi-
erunt. **N**on esurient neque sitient ampli-
us neque cadet super illos sol neque ulla ef-
fusio. **Q**uoniam. **U**iri sancti gloriosi san-
guinem fuderunt pro domino non amaverunt
vitam suam inuita sunt a inuitati sunt e-
nim immortales sunt a. **E**t ideo coronas triumphales

les merue runt. **V**nius spiritus et una
fides e rat me is. **E**t ideo. **T**radi
derunt corpora su a ppter deum ad suppli
cia a **E**t meruerunt habe re coro nas pe
tu as. **I**sti sunt qui uenerunt ex magna
tribulatione et lauerunt stolas suas in sangui
ne ag ni. **G**loria. **G**loria. **G**loria. **A** **T**abo sanc
tis meis locum nominasti in regno patris mei
dicit dominus. **D**ne quis. **e**uocae. **S**anctis q
uon terra sunt eius mirificauit omnes uolunta

tes meas inter illos. *p* Conserua. evovae. *a* **S**anc
ti qui sperant in domino habebunt fortitudinem
assument pennas ut aquile volabunt et non
deficient. *p* **D**ñi e. evovae. *v* **S**ancti tui
domine mirabilem consecuti sunt in ter
seruientes preceptis tuis *v* ut inueniantur
ille si in aquis ualidis terra apparuit a
rida et in mari rubro uia sine impedi
mento. *v* **V**ictorem manum tuam laudauerunt
pariter et decantauerunt domine nomen sanc

v **S**ententur
iusti in
spectu di.
i delecte.
in leticia.



cum tu um. *Ut inue* **U**erbera carni
ficum non timuerunt sancti de i.
morientes *propi* no mi ne *ut* heredes
fie rent in domo domi ni. **T**radide
runt corpora sua propter deum ad supplicium
a. *ut* he. **Q**ueneranda martyrum
gloriosa certamina qui iustis corpori bus
pro Christo inhumana proulerunt tormenta. **E**t
i deo procipere meruerunt ut inmercedibili
lem eterne glori co ronia. **R**espec

ta namq; p̄sentis uite luce contempto
 q; suoz corpoꝝ creatu scilicet mundum
 dei p̄ amore uice ruit. Et ideo. **Gloria.** Et
 ideo. **Justi** autē in p̄petuū uiuent et apud
 do minū est merces eoz. **Fructate** l. evovae.
Tradiderunt corpora sua p̄pter deum ad sup
 plicia ut heredes fierent in domo domini. **Bn**
 dica. evovae. **E**cce merces sanctorū copiosa
 est apud deū ipsi uero mortui sunt p̄p̄o et
 uiuunt in eternū. **Ps n̄r.** evovae. **¶**

vult
 aut
 p̄p̄o
 et uiuunt.

circuitu tuo domi ne lumen est quod in
 qua de fide et ubi constituti lucidissimas
 mansiones sibi requiescunt sanc
 toy a ni me. **M**agnus dominus et lau
 dabilis nimis in civitate dei nostri in monte
 sancto eius. sibi. **S**ancti mei qui
 in isto seculo certamen habuistis mercedem la
 borum ego reddam vobis. **V**enite
 benedicti patris mei percipite reg
 num. **M**er. **L**aue runt stolas

fi as et candidas eas fece runt In san

guine ag ni. *v.* In sunt

qui uenerunt ex magna tribulatione et laue

runt stolas lu as. In san. **G**loria pa

tri et filio et spiri tu sancto. In san. *v. Contrabit
sancti in
glia. Terabit
tribulis suis.
In laudibus. *x.**

ulstoy aute anime in manu dei sunt et si cau

get illos tormentu malicie. *p.* **D**ns re. evovae.

Cum palma ad regna puenerunt sancti co

ronas decoris meruerunt de manu domini.

p. **C**orpora sanctoy in pace sepulta

sihit et uiuent no .mina eoz nomina eoz me
ternu. evovae. **A**rryres domini dominu be
nedicite in eternu. evovae. **A**rryrum chorus
laudate dominu in excelsis. evovae. **ad. vna.** ^{v. analulus} ^{vs. m.} ^{scs.} ^{fius.} **I**te sunt sci
qui p dei amore minas hominu contempserunt
sancti martyres in regno celoz exultant cu ange
lis o qua preciosa est mors sanctoz qui af
sidue assistunt ante dominu et ab inimicem no
sunt sepa ti. **ca. vna.** ^{ad. m.} **B**nd. evovae. **R.** **L**etamini in domino
et exultate iusti. **v.** **E**t gloriamini omnes recti

^{v. Exultent iusti in conspectu dei. v.}
corde. ^{ad vi. a.} Exultent iusti in conspectu dei. v.

^{v. iusti autem in perpetuum uiuent apud dominum est merces.}
Et delectentur in leticia. ^{ad vi. m.} Iusti autem in perpetuum

uiuent. ^{ad vi. m.} Et apud dominum est merces eorum. ^{v. iusti autem in perpetuum uiuent apud dominum est merces.}

Letamini in domino et exultate iusti alleluia

ya alleluia. ^{v.} Et gloriamini omnes recti corde. ^{ad vi. a.}

Exultet iusti in conspectu dei alleluia al

leluia. ^{v.} Et delectentur in leticia. ^{ad vi. m.} Iusti autem in

perpetuum uiuent alleluia alleluia. ^{v.} Et apud

dominum est merces eorum. ^{ad vi. m.} ^{ad vi. m.} Absorbet de

us omnem lacrimam ab oculis sanctorum et iam

si erit amplius neq; luctus neq; clamor sed
nec ullus dolor quoniam priora transierunt. ca.

*In eod. missio
ad vespas. et in m.
Amavit eu chale
dus romanur
eu. scola gle in
dure eu. a. n. a.*

Mag. evovae.



onfessor domini

Comade
Jeromino
Ludwico
Bernhardo
Cadi
Anthom

stante plebem corrobora sancta inter
cessionem ut qui viciorum pondere preminur bea
titudinis tue gloria subleuemur et te duce
eterna premia consequamur. ca. Mag. evovae.

*Adma
t. in
uitato
m.*

Confessorium regem adoremus Qui celestis
regni meritum et gloriam contulit sancto suo

venite. Beatus vir qui in lege domi

Comado
Jeromino
Ludwico
Bernhardo

in meditatur uoluntas eius pmanet die ac
nocte et omnia quecuq; faciet semp pspcrabū
tur. *p* *sp̄m. evovae. a.* **B**eatus iste sanctus qui cō
filius est in dōmīno p̄dicauit p̄ceptū dōmīni cō
stitutus est in monte sancto eius. *p* **Q**uare fir.
evovae. *a.* **D**ues gloria mea tu es susceptor me
us domine tu exaltas caput meū et exaudisti
D me de monte scō tuo. *p* **D**ne quod.
ue serue bo ne et *p* **evovae.**
fide lis quia in pauca fuisti fide lis su

pra multa te constitu am **I**ntra in gaudium
do mino tu i. **D**omine quinq; talenta
tradidisti michi et ce alia quinq; super lucra
tus sum. **I**ntra. **I**ustus germinabit sicut
ly li um **E**t floreat in cet num ante
dominu. **P**lantatus in domo domini in atrijs
domus dei uol tri. **E**t flo. **I**te sanctis
dig ne in memoriam uertitur hominu qui
ad gaudiu transijt angelorum **Q**uonia in hac
peregrinatio ne solo corpore constitutus

cogitatione et auditate **I**n illa eter na
patria con uer satus est
Vinculis carnis absolutus talentum sibi
creditū domino suo duplicatū reporta uit
Quoniam **G**loria patri et filio et spiri tu i sanc
to. **I**n illa **I**n uocante exaudiuit dominus
sanctū suū dominus exaudiuit eū et constituit
